Admont, 2. Hälfte 12. Jh. (1202/1208) 

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26880
Copyright: Admont, Benediktinerstift



eam dix. Aue gratia plena. dns tecũ. bndic
ta tu in mulieribus. Que cũ audisset. turba
ta est in sermone eius et cogitabat qualis esset ista
salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria.
inuenisti enim gratiam apud dm. Ecce concipies
in utero et paries filiũ. et uocabis nomen eius ihm.
Hic erit magnus. et filius altissimi uocabitur. Et
dabit illi dns ds sedem dauid patris eius. et reg
nabit in domo iacob in eternũ. et regni eius
non erit finis. Dixit autem maria ad angelum.
Quomodo fiet istud. quoniam uirũ non cognosco. Et
respondens angelus dixit ei. Spiritus sanctus superue
niet in te et uirtus altissimi obumbrabit te.
idoq; et qd nascetur ex te sanctum uocabitur filius
di. Et ecce elysabet cognata tua. et ipsa concepit
filiũ in senectute sua. Et hic est mensis sex
tus illi q uocatur sterilis. quia non erit impossibi
le apud dm omne uerbum. Dixit autem maria. Ecce
ancilla dni. fiat mihi secm uerbu tuum.